CONSERVÆ.

CONSERVÆ

FOLIORUM Cochleariæ hortensis,
Lujulæ,
Menthæ vulgaris,
Rutæ;
SUMMITATUM Absinthii maritimi;
FLORUM Lavendulæ,
Malvæ
Rorismarini,
Rosarum rubrarum immaturarum;
FLAVEDINIS Corticum aurantiorum Hispalensium.

FOLIA ex pediculis, floresque ex calycibus decerpe, flavedinem corticum aurantiorum radulâ abrade; tum singula pistillo ligneo contunde in mortario marmoreo, primùm per se, deinde cum sacchari purissimi triplo pondere, donec optimè misceantur.

CONSERVA FRUCTUS CYNOSBATI.

℞ Pulpæ fructûs cynosbati maturi P. libram unam,
Sacchari purissimi P. uncias viginti.

MISCEANTUR, ut fiat conserva.

CONSERVA PRUNORUM SILVESTRIUM.

PRUNA in aquam immissa super ignem impone, ut mollescant, cautione adhibitâ, ne rumpantur; dein, exemptis ex aquâ prunis, pulpam exprime, et triplo pondere sacchari purissimi misce.

CON-